

Bibliothèque numérique

medic@

**Aristote / Stefani, Giovanni. In
Aristotelis libellum De conservatione
sanitatis ad Alexandrum Magnum
commentarius Ioannis Stephani
medici physici Veneti. Ad
illusterrimum Aloysium mocenico**

*Venetis : Apud haeredes Ioannes de Salis, 1637.
Cote : 05848x05*

I N
ARISTOTELIS
L I B E L L V M
D E
C O N S E R V A T I O N E
S A N I T A T I S
A D ALEXANDRVM MAGNVM
Commentarius
IOANNIS STEPHANI
M E D I C I P H Y S I C I V E N E T I .
A D I L V S T R I S S I M V M
ALOYSI V M M O C E N I C O .



V E N E T I I S , M D C X X X V I I .

A P V D H Ä R E D E S I O A N N I S D E S A L I S .
Superiorum permisso.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10

In
ARISTOTELIS
LIBELLUM
CONSERVATIONE
AD ALEXANDRUM MAGNUM
ALOYSIUS MOCENIGO
IOANNIS STEPHANI
MEDICI PHYSICI VENETI
AD ILLUSTRISSIMAM
ALOYSIA MOCENIGO



AENETII. MDCCXXXVII.
VSAP HEREDES IOANNIS DE SALVI.



ILLVSTR ISSIMO ALOYSIO MOCENICO CLEMENTISSIMO DOMINO SVO

Ioannes Stephanus Fælicitatem.



ATVRÆ genius Arist. euersis
veterum Philosophorum opinio-
nibus tantam sibi docendo com-
parauit auctoritatem, vt quid-
quid narrantis ab ore manaret,
instar esset rationis, quod Pyta-
goræ contigit; quin tantam à
Posteris gratiam iniuit, vt vno
ore proclametur

*Natura interpres exortus vt ætherius Sol,
Æquandus superis, ac tamquam numen babendus,
Quique sapit solus, reliqui velut umbra vagantur.
Atque licet ad summos peruenisset honores, nihil ta-
men sibi peræquè laudi duxit, ac Alexandri bonæ vale-*

a 2 tu-

tudini præesse, quod ut constaret, hunc ei libellum inscripsit, & summa tuendæ sanitatis capita præscripsit, ratus ad Regij Medici dignitatem euehi, esse extremum ad quod quisque referri potest. Ego verò, qui ne umbram quidem Arist. referre possum, quique tuæ bonæ valetudini præsum, Illustrissime Aloysi, tanta me video honestatum dignitate, ut quamvis multos non pœnitenda lucubrationis libros in vulgus emiserim, atque plurimos Veteres eluctando erroris conuicerim, vnde non exigua in nos laus derinata est, tanti tamen non fuit, ut tibi præesse medendo, existimationem meam magnopere non commendarit, cumularitque. Et Hercules, si generis nobilitatem specto, non video, cur mihi Alexandri instar esse non debeas, quum sago, togaque potentium Virorum Myrias, & antiquissima Ducum series se se mihi è familia tua offerat, quorum merita qui volet numerando percensere.

Lybici volet æquoris idem

Dicere quām multæ Zephyro turbentur arenae, &c.

Quod si in temenis aciem conuerto, nihil tibi defeso video, nihil desiderari, quod heroicam virtutem testetur, & ad summos dignitatis honores euehat. Nam et tibi est morum conditio, ut omnes alliciat, attrahat, illaqueat, ut quispiam iure cum Hebræis deieret tibi adesse Hannabelem. Tanta porro rerum cognitione præstas, ut nemo sit, qui hac ætate tibi sit conferendum, tantum abest, ut præferendus. Quare non est mirum, si vniuersi Vrbis Synedri te suspiciunt, & virescentem in te Veterum virtutem colunt, & maximos

mos in Republica honores tibi palatim præagiunt. Hanc verò auspicatissimam fœlicitatem, virtutum tua-
rum præmium, tanto facilius assequi tibi fuerit inte-
grum, quanto potior, firmiorque fuerit valetudo, sine
qua nulla esse potest felicitas. Quamobrem ut sub ma-
nu encheridion habeas, quod summa tuendæ sanitatis
capita contineat, hunc librum olim ab Apollinis Sacer-
dote Aristoteli traditum, & Alexandro Magno deuo-
tum, in præsentiarum nostris lucubrationibus locuple-
tatum tibi nuncupare visum est, ut obseruantiae in te
meæ aliquod extet specimen, & grati animi symbolum.
Faxit Deus, ut quemadmodum te summa rerum in
Rep. manet, ita bene valendo par esse possis. Fata in-
terim precamur, ut te dignissime seruent Venetæ Iuuon-
tutis decus, & ornamentum.

A D L E C T O R E M B E N E V O L V M.



ULLVM studium humanae naturae condu-
cibilius, nihil tam honestum, quām præsen-
tem sanitatem tueri, absentem repetere, &
corrogare. Hinc Plato, tria bona sunt, in-
quit, benè valere, formosum esse, & habere
diuitias nulla fraude quæstas. Quare si nos hoc argumen-
tum tam sæpe inculcamus, si eandem crambem sæpius repo-
nimus, non in nos, qui rei amore mollescimus, & propende-
mus, sed in rem ipsam deriuanda culpa, est enim pretiosissi-
ma sanitas, cuius habitus ex sola dignoscitur priuatione, qua
nihil ægrius fertur. Finge, si libet, Cræso non Cyri, sed
morbi tyrannide oppresso Vniuersi opificem sanitatis, aut
opulentie liberam dedisse optionem, nemo, nisi mentis inops,
illum diuitias summo sanitatis bono prælaturum putabit;
detracta enim sanitate quid superesse possit boni, aut iucun-
di? Quam fælicitatem tibi pollicearis, quæ in perfectissima
actione consistit, (est enim eupraxia) si laeditur, & flaccescit
sanitate deturbata? Sine sanitate, inquit summus medi-
cine Dictator, corpus, pecuniæ, cæteraque nulli sunt usui.
Quare qui agere fœliciter auet, hunc libellum oculis legat, &
aurea præcepta aure bibat, & alta mente recondat, multi
enim, ait Pergamenus, ignorantes diætæ rationem, ocyus
quām pro natura, occubuerunt.

CLA-



CLARISSIMO MEDICO, ET PHILOSOPHO IOANNI STEPHANO VENETO ET CENETÆ OPTIMATI.

STEPHANE insignis seclis celebrande futuris
Palladiæ Cenetæ gloria clara tuæ
Infrausta quantos vicisti mente labores
Insigne hoc monstrat sedulitatis Opus.
Ingenij monumenta tui Liber iste docebit
Dignus ab æterna posteritate legi.
Quicquid Aristoteles, & cætera turba Sophorum,
Quicquid & Hippocrates edocuere, tenes.
Omnia aperta tibi gremio, quæ pulcra recondit
Natura, & quicquid nouit Apollo pater
Namque docens tutò seruandæ dogma salutis,
Efficis inuita viuere morte viros.
Hinc tua post cineres clarebit fama perennis,
Posteritasque tuum grata reuoluet opus.

*Iulij Buffonelli;
Nob. Coneglianensis.*

Humani Soboles pulchra per ardua
Palans tesqua, nec unguibus,
Nec parcens teneris artubus aurea
Qualis lilia colligit:
Carpit sollicito lychnida pollice.
Et vaccinia mollia:
Bina ut sesta suo texat eroticō
Virgo sedula Daphnidi.
Nec sortis dubiae despicit aleam,
Impendensque periculum.
Quin florum immodica capta cupidine
In sublimius euolat.
Quam mox praecepitem proficiens Comes
Inclamat procul increpans.
Ab ne te pudeat Virgo labantia
Huc vestigia flectere.
Nonne audist? Humiliè valle latratibus
Replet cuncta Pyroticus.
Nulli parcit hians Bellua, & insolens
Atergo impetit, & vorat.
Nuper Calciopem dente mormorderat,
Pallentemque Canidiam.
Refer caca pedem, teque minacibus
Ne committe periculis,
Cernis Tittigiam moribus asperis,
Et mystace perhorridum?
Supplodens pedibus dirus in Hospitem
Irasexachit cani.
Eia pone moras, teque sodalibus
Quam mox redde superstitem.
Magnis se temere casibus implicant,
Qui se celsus erigunt.
At si Diva meos temnis aculeos,
Ipsum te quoque despicias.

**IN ARISTOTELIS
LIBRVM
DE CONSERVATIONE
SANITATIS AD ALEXANDRVM
MAGNUM**
Commentarius
**IOANNIS STEPHANI
MEDICI PHYSICI VENETI.**

SCITO d' Alexander, quod non est via ad aliquam scientiam acquirendam nisi per potentiam, & non est potentia nisi per sanitatem, & non est sanitas nisi per equalitatem humorum, &c.

Aristoteli Liber iste adscribitur, tametsi non iniuria quispiam suspicari possit, ex Arabum officina, quorum sapit phrasim, in lucem prodijisse, neque enim eam styli grauitatem, nec praeclaram illam methodum, quam ubique praescire solet Aristoteles ostentat. Verumtamen quia ad seruandam sanitatem egregia precepta proponit, quae vel ex Coi, vel Pergameni adytis emanasse dixeris, quæque ex Æsculapij apographis se decerpssisse Author profitetur, nostra commentatione locupletare, & corrogata Veterum auctoritate confirmare visum est.

A Hoc

Hoc itaque argūmento suadet Alex. vt sanitati operam det, quòd ad scientiam adipiscendam conferat firma valetudo, nouerat enim sciendi desiderio flagrare Alex. qui, scribente Themistio, Arist. acriter insimulauit, quòd Auscultatorios inuulgauerit libros; nam, inquit, qui alia se p̄fēstare cæteris poterimus, si ea quæ abs te accepimus, fiant prorsus communia, ego enim maliā doctrina anteire, quam copijs. At verò subdit Author, neutiquam scientiarum ornamenti formari poteris nisi per potentiam, quæ ex bono sanitatis habitu necessaria quadam consecutione proficiscitur, est enim sanitas agendi potentia propter bonam partium constitutionem, atqui sanitas humorum æqualitatem excipit, pendet enim ex calidorum,

Arist. 7. frigidorumque commensuratione quadam, aut eorum, quæ *Phis. c. 17.* sunt intra, aut ad continens.

Quare ut cominoderatio, & æqualitas facit ad sanitatem, sanitas ad potentiam, & scientiam, ita scientia vicissim, quæ est rerum, quæ sunt, veritatis comprehensio, confert ad potentiam, & imperium (si modo res transferri debat ad Politiam:) Nam vt ille natura seruus est, qui tantum particeps est rationis, vt sentiat quidem, at non habeat, ita ille natura dominus, qui scientia, & ingenio p̄fē-

Arist. 1. stat. Ratione, & intellectu vigentes, inquit Arist. natura-

Polit. domini sunt, & rectores aliorum. Hinc i. Metaphys. di-

In Proœmio. xit, sapientis esse ordinare, quòd sapientia sit summa per-

In Epist. ad Dionys. fectio rationis, cuius solius est ordinem nosse. Eodem Pla-

to spectasse videtur, quando scripsit. Naturæ quidem lege sapientia, potentiaque excellens in idem tendunt, semperque ista duo se inuicem affectant, persequuntur, congregantur: Et hac ratione Poetae Principibus aliquem sapientem familiarem cōstituere: Homerus Nestorem Agamemnoni: Euripides Thiresiam Creonti: Hesiodus Prometheus Ioui, Maro Achatem Æneam.

Porro imperij audissimum fuisse Alexandrum vel à

In Apoph. pueritia, testatur Plutarchus. Alexander, inquit, Puer ad.

ādhuc cum Parentis sui fortia' facta intueretur, nequaquam tamen his gaudebat ; sed inexplebilis ad pueros æquales dicere solebat . Pater nil quicquam mihi relicturus est. Illis verò contradicentibus ; Imò omnia parat tibi, vt hæredi . Quid tum postea, inquit. Ego interim nil habeo, quod agam. Quis non miraretur tantam regnandi cupiditatem puero infuisse, qui præter naturam eius ætatis non fuit contentus imperio patris sui: Imò ab ipsiis statim cunabulis animum in id intendit, vt multorum dominus esset . Hactenus Plutarchus

Et Deus sublimis ordinavit remedia ad temperantiam humorum, & conseruationem sanitatis, & ea reuelauit Philosophis, & Prophetis, quos illustrauit spiritu diuina sapientiae, &c.

Artem aliam Deus, & rerum natura repertrix

Instituere sacram, qua languida corpora morbo

Eriperent quoque propria redditura saluti.

Cecinit verè Vates ille . Ars Medica, inquit Ficinus, diuinitùs reperta est, & diuinitùs exercetur . Nonne Raphaëlem Archangelum volunt Hebræi huius artis opus exercuisse ? Et sanè hanc artem nobilissimam Reges excolere non dedignabantur, quales fuerunt Sabor, & Giges, Medorum Reges : Sabid Arabum, & Mithridates Ponti Rex, Ægyptiorum verò Hermes, & Mesuæus Regis Damasci nepos . Huc accedunt Democritus, Timæus Locrus, Plato, Arist. Apud Homerum Principes tantùm medicinam exercent .

Vlisses Diomedi sagittam extrahit Polypus Sarpedoni : Patroclus Eurypilo .

Nec erubuit Achilles Thelephi vulnus manu contrectare, & inspersa ærugine percurare . Neque sua maiestate indignum putauit Alexander, amicis laborantibus medicinam facere . Nec puduit Herculem Medicinæ studio vacare, cuius ope Alcestem grauiter ægrotantem, ac fermè desperatam pristinæ valetudini restituit . Medicinæ igitur

A 2 ori-

4

origo, siue Hebræos, & Arabas, siue Græcos, & Ægyptios
Theologos sequaris, ab ipsa diuinitate manauit, vt noster
quoque profitetur Author. Deus enim bonorum omnium
conditor, sapientiam natura & origine coelestem partici-
patione terrenam fieri, & in humanum consortium venire

* Laboris voluit, soloisque * Philoponus ad eius cōsuetudinem admis-
patientes. fit, ratus indignum à * Philodonis rem tam sacram illotis
* Otij se etia manibus attractari. Eam igitur reuelauit Philosophis, ac
toribus. Prophetis, quos Plato Angelorum voces audire scripsit.

Quos illustravit spiritu diuinæ sapientiæ, &c.

Sybillas, & Vates phythonicos fieri, & futura præuide-
re, non quia afflentur, sed ex atra bile naturali, quæ mentis
30. Sect. sedem incessat, arbitratur Arist. sed ita sese habere debet
Probl. atra-bilis, ait Ficinus, vt sanguine, & bile flava perfunda-
tur, adeò vt sint octo sanguinis particulae, duæ flauæ, toti-
dem bilis-atrae. Hinc spiritus plurimi, lucidissimi, & pla-
nè ætherei exoriuntur, quibus prædicti diuinis influxibus,
oraculisque ex alto replentur, Diuis proximi noua quedam,
& inusitata excogitant, & futura prædicunt. Hinc Arist.
merito carpit, & lugillat ignavum vulgus quod somnia, &
visa vulgaribus, & idiotis potius immitti à Deo arbitratur,
hoc enim, inquit ille, fieri debet potius apud Sapientes,

* Dijis cha- qui sunt Deo familiares, & * θεοφιλεστατας. Itaque cum
rus, amans sanitas in quadam commensuratione, & æqualitate consi-
Deum. stat, vbi deficit, remedia eam sufficiunt, remedia voco,
quæcunque morbum depellunt. Dicitur verò Deus subli-
mis, quia Philosophorum sententia primus motor est
in tota ea circumferentia, quæ extra orbem est, nam si eum
ponas circa extimam circumferentiæ partem, vt pote cir-
ca Polos, vt voluit Eudemus, sit, per accidens vt mouea-
tur, cum sit immobilis, non item, si in tota vniuersi circum-
ferentia, quæ tota non mouetur, sed in eodem semper per-
manet, & in eo est, quod celerrimè mouetur, obsoleuit ve-
rò Pythagoricoru opinio, Motorem esse in medio, vnde so-
liti sunt appellare cētrum locum Vestæ, & Iouis turrim, &c.

Et

*Et primū Persæ, & Graci ea calluere, ut vidimus in suis
Scriptis secretorum Medicinæ, &c.*

Cum mundo natam esse Medicinam, & à Deo emanasse scitum est: Qui verò primi eam calluerint, ignotum, & controuersum. Arist. alibi omnium bonarum artium inventores appellauit Ægyptios, quos Cœli amœnitas, & soli fertilitas ad rerum contemplationem, & studia excitant. Hic tamen primū Persas, & Græcos calluisse fatetur, qui verò inter Persas excelluerint, præstiterintque mihi nōdum est compertum. Græci autem Medicinæ originem à suo repetunt Apolline, & Æsculapio, quod nullus, qui in ea priùs excelluerit, historiarum fide celebretur.

Inuentum medicina meum est, opifexque per orbem Ouid.

Dicor

Hipp. autem, ego enim, inquit, ad finem medicinæ non *In Epist. ad perueni, etiam si senex sim, Neque ipsius inuentor Æscu- Democr. lapius, sed & ipse à seipso in multis dissentit, quemadmo- dum scriptorum libri nobis tradunt.*

Hipp. remedia, quæ à prioribus acceperat primus in artem coëgit, & singulis morbis singula remedia accommodauit, propterea non immerito primus author Medicinæ perhibetur. Apis tamen Ægyptiorum Rex creditur *Franciscus primus medicinæ inuentor, quem propterea Ægyptij in Patritius: Deorum numerum retulerunt: Aesculapius primus inuen- ta scriptis tradidit. Ut vidimus in scriptis, &c.*

Scientiæ olim tanquam arcana condebantur, aut non nisi sub ænigmate in vulgus efferebantur, indignum enim existimabant vel immeritis, & rudibus pulcherrima quæque innotescere; Exemplo sit illud Platonis ad Dionys. *In epist. ad Dionys.*

Dicis non satis tibi demonstratam eius, quod primum est, naturam, dicendum est igitur, sed per ænigmata, ut si quid huic tabulæ mari, vel terra acciderit, qui eam legerit non possit intelligere. Sic autem habet. Penes omnium *Aenigma Regem omnia sunt, omnia ipsius gratia, & ipse est omnium tōdem bra- bonorum caussa. Secundum verò circa secunda, & tertium chylogia ex circa*

plicat Ferne circa tertia: In qua explicanda sententia mirè æstuant
lius lib. I. Platonici, Iamblicus, Proclus, Plotinus, Numenius, Plu-
de Abd. re-
rum caussis tarchus, qua intellecta nil diuinius, nil Christianæ Theo-
cap. 10. logiæ magis congruum à natura mortali excogitari po-
Innuitrinita test. Utinam nobis præsto esset Caimus plusquam Pla-
tē cœset Ny-tonicus.

Conueniunt autem isti Persæ, & Græsi, quod Homo compo-

*situs est ex elementis oppositis, & ex quatuor contrarijs humo-
ribus, qui semper indigent resumentibus, quibus si caret ho-
mo, corruptitur eius substantia, et si his superflue utatur, aut
diminutè, incurrit agritudines varias, quod si utatur tempe-
ratè habebit iuuamen vita, & corporis fortitudinem, & sub-
stantia sue salutem.*

Quod homo ex quatuor elem. constet, sæpius ab eodem
Arist. repetitū fuit, quod verò ex quatuor humoribus consi-
stat, non constat, si quidem Arist. alibi solo sanguine diuer-
sis partibus constituto sanguinea animalia nutriti, & ale-
scere, atque adeò componi confessus est (eadem enim sunt
nutritionis, & generationis initia) cæteros humores excre-
menta vocatas, palam est. Verumtamen, quomodo con-

Com. in lib. ciliari possit Arist. aliàs planè docuimus

Hippocr. de *Qui semper indigent resumentibus.*

Structura Cum calor naturali, atque adeò continua actione agat
Hominis. in suppositas humiditates, quæ sunt veluti pabulum, non
Calor non est mirum, si in absumptæ substantiæ locum necessariò de-
demolitur proprias hu- siderentur instaurantia, alioquin corpus flaccidum tabe-
miditates, sceret. Calor enim duobus modis corruptitur, extinc-
vitputa sub-
iectum, quia ne, vel marcore, extinguitur suis contrarijs frigore, vel
nullū acci- humore, copia verò suffocatur, marcescit moderato aëris
dēs destruit afflatus prohibitus, inopia pabuli, aut maioris ignis præ-
propriū sub- sentia. Quare cum calor nativus non aliter foueat huius
iectum, sed more primigeneo, quam flamma oleo, & flamma marce-
proximas scit, nisi nouum oleum in absorpti locum reponatur, ita
humidita- vitalis calor tabescit, nisi iactura radicalis alimento re-
tes, & alie- paretur.

Præ-

7
Præterea vt flamma circumfluo aëre nutritur, imo nil est aliud quām incensus aér, ita aëreo humore, non aqueo nativus calor conseruatur, & vt aer flammam circumambiens cedit illi in pabulum, ita succulentus, & alimentarius humor penuriam radicati resarcit.

• bull. Et si his superflue utatur, &c.

Cum sanitas sit æqualitas quædam, & mensurata mediocritas, qua nil præstantius, vt ait Plato in Gorgia, vbi excessus quidam, aut defectus subrepunt, è vestigio morbi emergunt. Propterea Hip. Medicinam adiectione, & sub Lib. de Flat. traditione definiuit, sanitas enim conseruatur, si quod supereruacuum est, subtrahatur, & adjiciatur, quod deficit.

Vnde oportet se conseruare in cibo, & potu, somno, & vigilia, motu, & quiete, in dissolutione, aut retentione ventris, & subtractione sanguinis, qui vult se conseruare à molestijs agitudinum, & de his dicam sub congrua breuitate.

In præsentiarum commemorat sex res, quas Medici vocant nonnaturales, adiaphoras, quia bene utenti bone, perperam malæ, in quorum recto, & decenti usu consistit sanitas: Nam si quis cibis optimis frugaliter, & opportunè fruatur, vino non se replete, sed tantum ingerat, quod satis sit ad chyli elaborationem, eiusdemque diadosim, si motum, & quietem prout propria exigit natura, & anni conditio, ineat, si quam par sit, non dormiat, aut vigilet amplius, si aluum nec nimis strictam, nec nimis solutam habeat, si in affectibus modum teneat, (nam passiones omnes, vt est philosophicum axioma, appetitus sensitiui efficiunt in corpore transmutationem) proculdubio sanitas seruabitur. Spectanda tamen cuiusque natura in præscribenda mediocritate, & regio, & anni tempus, alioquin si uno, eodemque calapodio omnes calcearentur, vt parœmia fertur, plurium malorum necessariam consecutionem inferre necessum esset.

Conueniunt autem omnes, quod ille, qui utitur his temperatè habebit longitudinem dierum, & bonam valitudinem.

Nam

Nam dicunt Philosophi, quod omnia delectabilia huius mundi, sive delicia, sive diutiae, aut honores appetunt durabilitatem: Qui igitur vult durare, audiat hec, quae facient ad vitam conseruandam, & renuncient desiderio propria voluntatis, &c.

Mensura omnium optima, ut est pythagoricum illud.
In Epid. Hinc Hipp. motus, quies, cibus, potus, somnus, venus, omnia mediocria. Quare qui mediocritatem adhibet, is sanitatem sartam, tectamque tuetur, & ea de causa temperantiae comitem Plato adiunxit fortitudinem, quia qui temperanter viuit, sanitati consulit suæ, atque adeò vitae producendæ, nam et si eadem prouersus vitae, & sanitatis principia non sint, mutuis tamen stant auxilijs.

Nam dicunt Philosophi, &c.

Quidquid est, permanere desiderat, hoc autem est argumento, quod resistit corrupti; non modò igitur qui voluptatibus & deliciis delibuti sunt, diligunt esse, & permanere, sed quidquid naturâ cōstat, tametsi qui Summani tyrannidi perpetuæ subjiciuntur manes, effictimque plectuntur, fortassis non esse concupiscunt, ut quidam transmundani Philosophi constituunt.

Et renuncient desiderio, &c.

Prudenter Pythagoræi, si animus motiones singulas tum sui, tum corporis moderetur perpetuam vtriusque sanitatem, & diuturnam vitam corpori pollicentur, quod sanè plerisque sapientibus, sanctisque viris accidisse testatum est.

Primò itaque evitet crapulas, & non ponat cibum super alium indigestum: Vnde dicit Hippocrates, esse comedendum, ut vivamus, non vivere, ut comedamus, quia alimentum propter durabilitatem querendum est, non durabilitas propter alimentum, &c.

Nil peræquè perniciosum esse humanæ naturæ, atque cruditas, quain crapulae pariunt, satis compertum est. Hinc Celsus, obseruatum est, inquit, nationes voraces esse brevioris vitae, ea autem est ratio, quoniam necessarium est excre-

men-

mentorum prouentum succrescere, quæcumque verò excrementis scatent, quum sint contraria, ocyssimè corrupti oportet. Hinc Arist. lib. de longit. & breuitate vitæ: Præterea oportet, inquit, ut quod haud facilè corruptibile sit, nequaquam excrementis abundet, quod enim tale est, aut vi morbi, aut suapte natura interimitur, nam excrementorum virtus, atque facultas vicem subit contrarij, atque interdum naturam ipsam, interdum partem corruptit. Quod autem subiicitur tamquam disterium, & apophagma habendum, emanauit autem à Socrate primùm, ut puto. *Beata terra, inquit Ecclesiastes, cuius Rex nobilis est, & cuius Principes vescuntur in tempore suo ad reficiendum, non ad luxuriam.*

Ego multos noui abstinentes in cibo, & potu, & sanissimi corporis, & longæuos, & bonarum operationum, ut vidi in Arabia. Vnde summa sanitas consistit in abstinentia à nimia comedione, & quandoque superfluitates purgare, nam Hipp. ponit conservationem sanitatis in duobus pluraliter, in vsu temperato ciborum congruentium ætati, regioni, & consuetudini, similiter potuum, secundo, quod purgatio fiat eius, quod est superfluum in humoribus.

Comprobant exempla Arabum quorundam, quos frugaliter viuentes sanos, & longæuos obseruauerat, & benè munera sua tractantes. Narrat Xenofontes in institutione Cyri, usque adeò frugaliter viuere consueuisse Persas, ut ne spuere quidem viderentur, quod si quis intemperantiæ causa crebra spuitione sordeceret, velut infamis despuebatur, & declinabatur. Tria, inquit Hieremias Triuerus ex Hipp. sunt ex maximè salubribus, vesci citrè saturitatem, impigrum esse ad laborem, & genitale sperma referuare. Concludit igitur totius sanitatis tuendæ rationem super eo cardine verti, ut ne nimio cibo ingurgitentur corpora, & si quid superuacuum est, foras exturbetur, id quod Hippocratis auctoritate probat, qui scripsit, sanitatem potissimum consistere in vsu ciborum congruentium ætati, regioni, &

*Com. in lib.
I. Celsi.*

B con-

consuetudini, deinde in euacuatione superuacuorum excrementorum.

Et scias à Alex., quod corpora humana, quæ sunt receptacula ciborum, & potum resoluuntur, & diminuuntur tam ipsa corpora recipientia, quam recepta alimenta: Resoluuntur in primis ab ipso calore naturali exsiccante humiditates corporis, & calor nutritur humiditate illa. Resoluuntur præterea per calorem Solis, & venti, qui desiccant humiditates omnium corporum, & pascuntur humiditate tam corporum, quam auminum, &c.

Duabus præcipue affectionibus esse obnoxia humana corpora, congenitæ nimirum humiditatis putrefactioni, & difflationi, iampridem à Galeno, & Auic. proditum fuit, & quemadmodum exsiccatio, & difflatio congenitæ humiditatis tum à calore intrinseco, tum extrinseco promouetur, ita putrefactio ab extrario duntaxat excitatur, est enim putredo affectio à calore externo in humido intrinseco. Quod verò calor Solis, & venti afficet corpora, satis compertum est, calor enim humidum absorbendo corpora sicca dimittit, venti præterea cum ex calida, sicque exhalatione content, imò nil sint aliud, quam in obliquum permota exhalatio, vi propria siccandi pollut. Ventum sic graphicè descripsit Sturmius.

*Lib. de phil.
nat. theore-
mat.*

*Ventus Hip-
pocrati lib.
de Flat. est
Aëris fluēs
vnda.*

Est ventus calida, & sicca exhalatio flammam

Aegrè concipiens, terris educta, deorsum

Aëris à mediæ regionis frigore pulsa,

Quæ circa terram celesti in latus impete fertur.

Quando ergo corpus est calidum vaporabile valent grossa cibaria, &c.

Calidis corporibus, quæ raro corporis habitu prædicta sunt, præscribit alimonias crassiores, & rectè sanè, calor enim validus obiectū desiderat proportione respōdēs, alioquin torrefaceret leues cibos. Accedit huiusmodi corpora solidis alimētis melius nutriti, & nō usque adēd difflari. Agri colæ si offeras auiculas, aut Perdices, affici se sentier

Quan-

Quando corpus est depresso, & siccum, valent subtilia cibaria, &c.

Depressa corpora vocat macilenta, & strigosa; Qui igitur compacto, siccoque, & gracilento habitu prædicti sunt, desiderant tenues cibos, nam cum huiusmodi corpora meatus habeant connuentes, & minutulos, ni tenuis substantiae sint alimenta, quoquò versùs distribui, digerique nequeunt.

Certum igitur documentum in conseruanda sanitate est, quod homo utatur sibi conuenientia in cibo, & potu sue complexioni, adeò ut calido conueniat calida temperatè, frigido frigida temperata, idem dico de humidis, & siccis corporibus.

Hoc est præceptum præ foribus Medicinæ affixum, & alta mente tenendum, nam vnumquodque simili conseruatur, contrario destruitur, proin calida corpora, id est corpora, in quorum mixtione præpollet calor, calidis alimentis nutrienda, frigida frigidis, vt prior naturæ tenor conseruetur, aduertendum tamen, vt tum calida, tum frigida parum abscedant à mediocritate, ne immodesti similis accessu fiat excessus.

Quod si contingat calorem corporis augeri, & inflammari ab aliqua causa præternaturali, ut à cibo calido, utendum est contrarijs, scilicet frigidis, & è contrario, &c.

Hygines duæ sunt partes, quarum altera moderato usu similium sanitatem qualemcumque seruat, altera excessus temperamenti congrua contrariorum administratione corrigit, proinde subdidit, si corpus incalescat ab aliqua præternaturali causa, adhuc tamen contineatur intra limites sanitatis, adhibenda esse frigida, quæ caloris excessum obtundant, & ad mediocritatem reducant.

Habenti autem bonum stomachum, & fortem in digerendo, laudo cibaria fortia, & crassa, quia talis stomachus est veluti ignis validus potens multa comburere. Quod si stomachus fuerit debilis, & frigidus, laudo, utatur cibis sub-

ilibus, & leuibus, quia salis comparatur igni comburenti
cannas, & alia subtilia, &c.

Ni cibus analogus sit calori concoquenti non recte conficitur chylōsis, nam si calidiori stomacho offeras leuia alimenta, assabit, non elixabit, & viens tali alimento nidoros percipiet ructus. Hinc iure subdidit, ventriculo calidiori alimonias fortes (robustas vocat Hipp.) h.e. copiosi nutritus, & crassas, h.e. solidæ substantiæ esse exhibendas, talis enim stomachus comparatur igni copioso, qui desiderat ligna crassiora, & copiosa. Quod si stomachus fuerit frigidus, atque adeò debilis non amplius solida alimenta, & crassa, sed liquida, & tenuis substantiæ, ut facilè huiusmodi cibos peruadere, & conficere possit.

Debes igitur à Alex. omnia hac considerare, si desideras sanitatem inte permanere. Sed magis distinctè nunc dicam, quod debet fieri abs te pro sanitatis conseruatione, & hec que referam, reuelauit mihi Sacerdos Apollinis, qui habuerat omnia scripta Aesculapij, & Machaonis.

Pollicetur Alexandro, se magis appositè, & particulatim præcepta traditurum, quæ ab Aesculapij, & Machaonis scriptis decerpta didicerat. Aesculapius enim fuit primus, qui apud Graiugenas de re medica concrisperat, et si nondum præcepta sub artem redacta fuerant; Ut igitur maiorem fidem adhibeat dictis, Aesculapium, qui summo in pretio, & honore habebatur, authorem facit. Machaon vero

Dicitis Cretensis fuit alter Aesculapij filius, qui bello Troiano intensi Hist. de Bello Troiano. interfuit tristitia Nauium classe stipatus, quique in Equi Troiani alueo vnâ cum reliquis delituit heroibus, vt testatur Dicitis Cretensis.

Debes Alex. cum ex somno excitatus fueris, tua membra equaliter extendere, & cum surrexeris modicum deambulare, nam corpus corroboratur extensione membrorum, & excitatione caloris naturalis, &c.

Præcipit in primis, vt à somno excitatus membra æqualiter extendat, sic enim fumida excrementa quadam tenus aman-

amandantur, subinde, vbi surrexerit, vt modicum obambulet, per exercitum enim suscitato calore collecta per soperem, & quietem excrementa extenuantur, & reclusis meatibus expelluntur foras, atque ideo membra roborantur, auctus enim calor robur, & vires auget, dummodò limites non excedat. Hinc Hipp. dicebat, laborem esse articulis, & carnibus cibum, nam vt cibus instaurat corpus, ita labor excitato calore articulos, & membra reficit, & confirmat, nam si quies tabefacit, teste Platone, firmet labor, oportet.

Postea caput tuum pectina, ut aperiantur porositates capitis, & vapores eleuati in somno habeant exitum, &c.

Secundum præceptum est, vt postquam per pandiculationem vniuersa membra coextenderit, & modicum obambulauerit intra cubiculi longitudinem, caput depestat, vti apertis poris vapores excludantur, nam per somnum refrigerato capite inferiora calefcunt, vt igitur calor excitetur, & vapores exturbentur, pectendum caput, sed hac adhibita cura, vt radijs primùm rarioribus ducto in inion pectine, tum densioribus caput exerceatur, & capillitium colatur. Aduertendum tamen nihil prius esse moliendum, quam aliui, & vesicæ excrementa deposita fuerint, quod ceu notissimum omisit Author.

In Aestate lada vultum, & manus cum aqua frigida, quia stringit, & claudit calorem, sic etiam excitatur desiderium comedendi, &c.

Tertium præceptum est, vt aestate manus, & faciem frigida colluat, ne calor diffletur, mirum enim in modum calorem intrò colligit frigida manibus, & ori inspersa, collectus autem ad interiora calor excrementa, & cruditates digerit, & appetitiam ideo excitat.

Deinde indu te vestibus optimis, & pulcherrimo indumento, quia spiritus tui gaudebunt, & animus delectabitur, & tua vita reddetur splendidior.

Quartū præceptum est, vt pictis, & pulcherrimis phrygio opere indumentis amictus ambulet, quod corporis ornamenta

Libro de Re- namenta spiritus excitando animum exhibarent; quod &
gem. Princi- alibi præscriptum fuisse scimus. Accedit, cultum, & or-
pū ad Alex. natum viro decorem, & authoritatem comparare. *Ami-*

Salomon. *ctus, & incessus indicant de homine.*

Et antequam exeras ut aris bono odore, & vnguento ad con-
fortandos spiritus, &c.

Nil peraque nostros spiritus recreat, atque gratissi-
mus odor, quo sensu scripsit Arist. odorem esse animae ci-

Lib. de vir. *bum. Hinc Auic. aromatica, inquit, magis sunt congrua*
cordis. *nutrimento spiritus. Quantum vero apud veteres ea con-*

suetudo inualuerit, ut vnguentis vterentur odoris, Myro-
polae, & myrobrechij frequentiores facile demonstrant,
qua re nihil est magis testatum, & protritum apud latinum
Hippocratem, & Athenaeum.

Et sicces dentes, & gingivias cum cortice ligni calidi, &
sicci amari saporis, sic enimi iuvantur dentes, & oris visum
liquefit, & clarificatur locutio.

Quia circa dentes lector quidam colligitur, & in os pi-
tuata liquatur, quae tum malum odorem, tum locutionem
præpeditam parit præcipit, ut præmaiat aliquid quod ca-
lidi, siccique sit temperamenti, & amari saporis. Cali-
dum quidem præscribit, quia dentes frigidis offenduntur,
siccum vero, ut siccet, & absument lentorem, amara vero, ut
detergeant. Tale autem fuerit Rheon ponticum, quod Cen-
taurij maioris radix est, masticis grana, nux myristica,
zinziberis conditi frustulum; sed instar omnium erit Rheon

Lib. 5. sum. *barbaricum, Agaricie momentum. Auic. commendat De-*
2. tr. 4. *mocriti Dentifricium.*

Conueniunt etiam suffitus ex bonis odoribus, sic enim ape-
riuntur meatus cerebri, & resoluuntur humiditates, tarda-
tur canities, & sensus redduntur viuaciores, &c.

Suffitus aromatum ex Hipp. Solet capitum grauitatem
afferre, quod si odor non fuerit impendiò affectatus siccando
cerebrum (odor enim ex calida, siccaque exhalatione
resurgit) meatus recludet, & liquabit humida capitum exci-
menta,

menta, quibus resolutis canities retardabitur, ex situ enim, & pituita putredine canities effici consuevit; qua ratione quarunt Philosophi, cur Homerus homines à canicie temporum πολιορκούσσους dicit canos appellauit? Respondent, quia ut plurimum inde cani incipiunt, quia priora capitis humiditatis, pituitatisque plus habent, quam posteriora. Cæterum absumpta humiditate sensus fiunt viuidiores, quia humor cum sentiendi, tum intelligendi vim obtundit. Hinc illud; tantum quæcumque stoliditatis habere, quantum humiditatis.

*Postea accipito ex ligno Aloes, vel Rhabarbaro denarios
quatuor, hoc enim subtrahit phlegma ex ore stomachi, excitat
calorem corporis, fugat ventositasem, vultum clarificat, &
bonum reddit odorem.*

Prima coctio fit in ventriculo, qui si pituitoso excremento scateat, necessum est, ut suo supersedeat officio, atque cum vitium primae coctionis secunda non emendet, superest, ut omni studio ad pensum reuocetur ventriculus tum calefaciendo, tum purgando vitiosum humorem, nam ita fieri, ut optimo sanguine genito facies flrido colore nitescat, & prædominante sanguine sapor optimus in os redundet: præterea suscitato calore, flatus, si qui subsint, dissipentur. Hæc autem beneficia nobis præstat Rheon, aut Aloë, sic enim calefiet ventriculus, & flatus discutientur, & phlegma ab ore ventriculi detrahetur, vtrunque enim præstat Rhabarbarum, siue Aloë, dummodò non lignum, Sed concretus succus Aloes adhibetur non ad denarios quatuor, sed ad unum denarium, nam denarius romanus paullò est grauior drachma, adeò ut septem denarij unciam constituant, Galenus tamen, & Plinius dum Latina, aut Græca transferunt denarium drachma, & drachmam denario reddiderunt. Optimus igitur in os succedet sapor, quia nullo in ventriculo stabulante excremente, organum, nempe spongiosa linguæ caro nullo extraneo sapore inficietur, redundans enim in stomacho pituita, aut bilis saporem

saporem suum linguae communicat per communem tunicam. Non modo verò exundantem in ventriculo humorem arguit linguae sapor, verum etiam in venis exuperans.

*Lib. 5. de tem. Hinc recte Hipp. scripsit. Lingua docet locum. Quia
Meth. vit. de re doctissimè egit diuinus senex Sanctorius. Cæterum
error.c.2. &c. mirabitur fortasse quispiam quâ Rheon, & Aloë bonum
reddant saporem, quum sint amarissima, optimus autem
sapor, qui organum titillat, & oblectat, non qui demolitur,
& corruptit, ut autem dulcor iuuat, sic perstringit ama-
ror, & nocet. Respondendum, hoc fieri steriticôs repur-
gata bile, aut pituita, quæ præsens, è stomacho redundat
in linguam, & organum ipsum afficit.*

*Deinde sed cum nobilibus, cum sapientibus loquere, &
secundum usum tuum age, quod decet.*

Peractis iam naturæ, & corpori necessarijs vacandum est
animo: Proinde sedere iubet cum nobilibus genere, & vir-
tute, qui suaves, & iucundos mores possident, vnumquod-
que enim se gerit, ut est: Cum sapientibus loqui, quia sa-
pientiae pars, acquiritur per consuetudinem cum sapienti-
bus, recte enim Euripides scripsit, Tyrannos consuetudine
sapientum sapere, Cum ijs, ait Seneca, semper verlari de-
bemus, à quibus meliores fieri possumus. Et secundum
usum, &c.

Quamquam Beda scriptum reliquit, Græcam historiam
narrasse, Alex. potentissimum Regem, orbis dominatorem
cum moribus, & incessu Leonidæ Pædagogi sui non po-
tuisse carere vitijs, quibus adhuc Puer imbutus fuerat, hic
tamen Author cum benè moratum, & benè se, & regiæ
Maiestati conuenienter gessisse innuit,

*At cum voluntas fuerit comedendi iuxta horam tue con-
suetudinis, utere modico labore corporis aut equitando, aut
ambulando, vel quicquam aliud faciendo, nam hoc corpus
allueat, & corroborat, & calorem excitat, & liquefacit su-
persuosi humores, & plegma facit descendere de fundo sto-
machi.*

Du-

Duo præcepta tradit obseruanda prius, quām pastum
ineat, primò, vt iuxta horam suæ consuetudinis cibum fu-
mat, deinde vt se exerceat ante pastum. Seruandam esse
consuetudinem, ubi in superiore de sanitate seruanda
libello monstrauimus, alioquin praus humoribus reple-
tur stomachus, os amarescit, imbecillitas virium corripit,
tremor, animi defectus, vertigo, iracundia, mœror; Quod
si tempus occupes, imperfecto superiore cibo cruditates
cumulantur. Quanta verò beneficia proueniant ex gym-
nasio ante pastum inito, iam ediximus. Quare suscitato Lib. de incō
calore reliquum est, vt non modò excrementa dissipentur, lumitate diu
sed naturales functiones plenissimè obeantur. seruanda.

*Postea vade ad sumendum cibum, & caue à diversitate
ciborum in eadem mensa.*

Quanti sit momenti ciborum diuersitas ad sanitatem
turbandam, docuit Hipp., & reliqua Medicorum turba,
proin præcauenda, quām fieri potest maximè, nam con-
fusionem generat in ventriculo, vt alias notauiimus.

Et qua magis desideras, &c.

Cibus enim deterior, suauior autem, melioribus qui-
dem, sed insuauioribus est præferendus, quia ventriculus
cibum suauem arctius complectitur.

*Et panis tuus sit benè fermentatus, & bonis conditio-
nibus præditus, &c.*

Panis esse debet zimes. i. cum fermento confectus, alio-
quin obstrukiones pareret, & difficilius coqueretur, fer-
mentum enim est calidi, siccique temperamenti, & te-
nuum partium, vt docet Galenus, adeò vt Brudus Lusi-
tanus lib. 3, de ratione victus ausus sit syrupum concin- Cap. 31.
nare ex fermento ad expediendas contumaces hepatis
obstrukiones. Sciendum tamen, non esse impendiò, &
affatum injiciendum fermentum, quia eius acornervis, &
cerebro non est innoxius. Ad hoc panis sit depsticus, non
admodum salitus, quod sal graue sit, & molestum ca-
pit.

piti. Dein nec citò, nec nimium discoctus, quia cruda, & incocta interiora habet, ambusta verò, & crustacea extēria, ignis enim vis in totum panem peruadere non potest, ideoque intimas particulas incoctas relinquit. Propterēa Galenus ait, eum esse deterrimum panem censendum, & ventriculo inimicum, qui in crustaceis admodum aduritur, in intimis verò incoctus relinquitur. Postremū panis sit recens, & in usum cedat uno post confectionem die, nam panis recentissimus, & calidus non est naturæ amicus, ait Avic. sitim excitat, & in stomacho supernaturat propter suam vapidam humiditatem cerebro noxiā. Præterea ex similitudine fiat ex optimo triticō.

Hipp. lib. 1. de Ratione victus panem recentem comestum repletionem repentinam, & sitim inducere, & tardè ex ventre descendere, & corpus flatibus distendere author est. Vnde Auenzoar panem esse edendum à recenti coatura cum calor deferunt, docet, nam qui ultra unam diem seruant, temperamentum suum perdit. Igitur, inquit Nonnius, pridianus melior est recens, nam teste Simeone Sethi postquam frigefacti sunt neque probè concoquuntur, neque boni sunt. Quod tamen sano modo audiendam est, nam & pridianus, & paulò etiam vetustior, ni admodum inueterat, bonus est.

Quod si accidat, te solum sumere mollia premitte aliquid durum retinens in fundo stomachi.

Alioquin cibus citò præterlabens perfectam coctionem anteuenteret, omnis enim actio naturæ certo quodam tempore absolvitur, quare consultò præscripsit, ut aliquid præmittatur solidum, quod veluti remeligo, & obex lapsum cohbeat.

Vnde profunditas stomachi calidior est, ac fortior, quia in parte ea partes sunt carnosæ, & est vicina hepatis, cuius calore cibi decoquuntur.

Dux sunt partes ventriculi, una superior, inferior altera,

teria, illa stomachus propriè nūcupatur, & naturalis appetentiæ organum, inferior coctioni dicata est, & licet chylosis perficiatur à virtute interiori tunicæ insita, certum tamen est, hanc functionem iuuari à propria partis temperie, & à calore tum insito, tum circumstātūm partium, ventriculi verò pars inferior calidior est, quia est carnosior, & iecori propinquior. Quærunt Philosophi cur istūm difficultè coquatur? Respondent, quia humido pabulo intra aluum innatat, neque demergitur in fundum, ubi cibus conficitur.

Et in comedione debes regere manum d' Alex. idest ceſſare à comedione, dum adhuc voluntas, seu desiderium aſſuerit comedendi.

Nam calor naturalis in obiectum minutius agens, facile illud subigit, & superat, cum minùs resistat propter minorem virtutem, in maiori enim quanto, vt est Philosophorum proloquium, maior virtus est. Loquimur autem de quantitate per formam definita, & terminata, quantitas enim indefinita materiam sequitur, quæ omnis expers est energiæ.

Quia ex ſuperfluitate cibi anguſtiatur ſtomachus, grauatur corpus, laeditur anima.

Eadē cauſa non explenda est appetentia ciborū, quia ex nimia ingurgitatione angustijs, & fastidijs premitur ſtomachus, corpus grauatur, & mens etiam laeditur, qua cauſa recte scripsit Persius, vetriculum dare intellectum: Quia ſi ventriculus non afficiatur à ciborum copia, ſensus integri manent, quibus inoffensis mens ritè munera ſua obit, opus enim habet phantasia ut comite, affeclaque eius indiuidua, quæ perpetuò viſa adminiftraret.

Et retine animam tuam à potu aquæ ſuper cibum, donec in conſuetudinem tibi veniat, quia tali potu ſtomachus infigidatur, & laeditur calor digerens mirabiliter, quo nihil deterius cordi.

C 2 Quæ

Quæ consueta, & si fuerint deteriora insuetis minus molesta esse solent, qui a consuetudo, quæ est altera natura, aduersus omnem iuriariam nos communis. Quærunt Philosophi, cur cum nuda facie, reliquo amicto corpore simus, in maximo tamen frigore reliquo corpore rigemus, facie minimè? Respondent consuetudine id fieri, affuefecit enim facies aëri tolerando, maximè verò consuetudo nos aduersus omnes affectus communis. Rectè igitur mandat, ne assumpto cibo aquam ingerat, ni præcesserit consuetudo, quia stomachus refrigeratur, & auctor digestionis calor laeditur, quo nil deterius cordi, quod est fons caloris, nam et si aqua primo noxam stomacho inferat, qui primos impetus, & conatus sustinet, sensim tamen iniuria frigoris cor peruidit, & viluficum calorem debitum, & instar nubis obumbrat.

Sed autem fuerit necessarium, ut aqua sumatur, vel propter calorem aeris, aut stomachi, aut ciborum, sit modica, & benè frigida. Mandat Celsus, ut frigida cibus includatur, ubi ventriculus fuerit imbecillior, nam frigus colligit calorem, quo subinde elaboratio fit concoctio, cautior sit tamen frigidæ usuratio aliqua de causa, quam commemorat author. Aduertendum interim, ut aqua sit benè frigida, & modicella, ut per viam antiperistaseos calor stomachi augetur. Idem faciendum, esse iubet Author noster, ubi ventriculus æstuauerit. Docent Philosophi, ubi infrigidanda sit aqua putel, tepidam esse infundendam, quia ratione oppositæ qualitatis augetur interna frigiditas. Per febres, ubi opus est frigida, agonisticus haustus offertur.

Cumque refectus fueris, illinc ad spatium incede super strumenta mollia, temperate dormi. Requiesce una hora super lacus dextrum, deinde te reuelue ad sinistrum, & ibi comple somnum, nam latus sinistrum frigidum est, & opus habet calfactione.

Post

Post prandium stabis, post cœnam ambulabis, vetus
est proverbiū, ambulare verò oportet per loca amena,
ut animus recreetur, & ut cibus per exercitum mediocre
in fundum stomachi descendat, ubi conficitur plenissimè
& subinde dormire oportet in latus dextrum primum in-
clinato corpore, quia hinc motus principium, ut docetur
de coelo, qua ratione in problem. monet, ut quando i-
neunda est quies, in dextrum latus incumbamus. Postre-
mū reclinandum est corpus in sinistrum latus, quod est
iētiam Auic. praeceptum, sic enim stomacho incumbit ie-
cur, & illum calfacit, & coctionem meliorem efficit.

*Si vero sentires in ventre grauedinem, & in stomacha
torsionem, tunc remedium est ponere super ventrem, & sto-
machum camisiam calidam vel amplecti.*

Si in ventre tædia, & grauedines siant ex cruditate, ac
nimia repletione, fastidia ventris submovent, quæ calo-
rem ventriculi fouent, & augent, nam ille unicus est na-
turæ dæmiurgus, huiusmodi vero sunt subugula, aut culci-
tra ventri admora, aut certè. Cuius consilij auctor etiam
Auic. est, calor enim est officialis causa, quæ ab anima vim
recipit & gendi, hoc enim significare volunt Philosophi,
vbi dicunt instrumentum moueri à primaria causa.

*Si vero eructationem sentires acerbam signum est fri-
giditatis stomachi, cuius rei medicina est sumere aquam ca-
lidam cum Syr. acetoso, & vomere, quia incarceratio cibi
corrupti in ventre est calidi ventris destruccióne &c.*

Ructus acidus signum est imperfectæ coctionis, ta-
metsi Hipp. post longam intestinorum leuitatem bonum
esse dixit, quia significat naturam aggredi iam cōcoctionem.
Porro aciditas soboles est frigiditatis, aut immi-
nitæ caliditatis, quamquam falso à calore prouenire ra-
tus est Alex. quem protegere cupiens Rhois filius, sic
barbare loquitur. Et debes scire, quod hoc accidens,
nempe aciditas in ventre prouenit sicut accidens, quod
fit ex vino, quod accescit propter aërem calidum, & appa-
ret,

rer, ut sit vna actio accidentalis, quae substantialiter fit à substantiali, & accidentaliter à contrario, sicut in pluribus inuestigari potest, & inueniri. Paucis ita ille rem se habere dicit animo, ut aciditas per se fiat à frigido, ex cunctu à calido. Porro aut melancholia, aut præter natūram pituita acido sapore prædita esse solet, proin ex alterutrius humoris præsentia ructum acidum proficiunt, argumento est, atque ideo rectissimè præscribitur vomitus ex syrupo acetato, aut aceto mulso ad extergendam, exturbandamque pituitatem, quæ in stomacho stabulari consuevit, nam si huiusmodi excemta relinquuntur in stomacho, præsentia qualitatem frigidam stomacho imprimunt, & ita insitum calorem destruunt, quo labe-factato malum ventriculo redit in orbem.

¶ Et motus ante prandium calorem stomachi excitat, sed post prandium diu noxious est, quia tunc descendie cibus indecoctus ad partes inferiores, & inde sunt inclusiones, & multa mala. &c.

*Lib. de san. diu conser-
nanda. cap.
de motu, &
quiete, &c.*

Quantis cumulentur beneficijs humana corpora per exercitium, iam ediximus, hoc tamen debet esse naturæ, temporis, & regioni accommodatum, pròpterea subdidit matutinum exercitium stomachum calcare, quia exercitatur calor in vniuerso corpore, qui reclusis meatibus excrementa dissipat: Quod si exercitium à prandio ineatur, cibum rapit in venas adhuc crudum, & indigestum, & hinc sunt conclusiones, h.e. oppilationes, quæ sunt causa febrium, & multorum malorum. opportunè igitur ineundum est exercitium, de quo Galenus lib. de Euchymia.

Si vitam à morbis tutam traducere velis

Excolito per apricu tuos mediocriter artus,

Si supra, calidi succrescent corpore succi,

Si mouetas infraue modum, finesue decentes,

Frigidus humorum sensim turgescat acerius.

Ea

Ea autem que impinguant corpora à Alexander sunt quies, & saturitas, & esus ciborum dulcium, & diuersorum, potatio lactis, & vini dulcis, ac dormitio super stramenta mollia referta odoribus, & ingressus balneorum dulcium aquarum, & ibi sessio Modica, ne longior mora corporis debilitet, &c.

Quæ corpus obesum reddūt, prius recensuimus ex Celso: Obesitat is caussæ partim externæ sunt, partim internæ: Internæ sunt, robur carnosi generis, vt multum attrahat, nimia sanguinis copia, aut oleosæ materiæ libertas; venarū angustia, quia cum non multa sanguinis congeries fieri possit, reliquum est, vt extra venas trudatur; habitus frigidus, & humidus, quoniam in eo oleosa materia, & sanguis abudat, & humiditates non resoluuntur. Inter externas octo connumerat Hipp. quibus impinguantur corpora.

Primum inter delicias æquo, latoque animo feriari, facilem, & promissum inire soporem, molli decumbere lecto, deinde abdomini suo Cereris, & liberi vsu liberiore vacare, pulchro, pictoque amictu ornatum incedere, semper insidere equo, postremum per summam animi securitatem res vniuersas suo more gerere, spectareque ludos, & iocis animum excolere. Quæ cuncta hoc disticho comprehenduntur.

Gaudia lenta, thorus, Cereris, vel copia Bacchi,

Mens secura, quies, ὑπνος, obolla, iocus.

Quies igitur impinguat, quia per quietem minimum substantiæ dissipatur. Vt si tota hyeme in latibulis delitescentes pinguescunt. Saturitas idem efficit, quod plurimum substantiæ sufficitur in dissipata locum. Esus vero dulcium ciborum saginat, quia plurimum nutriunt. Diuersitas ciborū tametsi ab Authore retro, & ab Hipp. etiam damnatur, quia tamen omnia inuicem confunduntur, & diuersa temperie sunt prædicta diuersis corporis partibus sunt nutriendis analogæ, propterea diuersitas cibo-

Celsus lib.

1. cap. 11.

Gal. 7. met.

cap. 6. & 6.

de Sanitat.

Tuenda, &

5. de san. t.

Anic. in 7.

4. tract. 4.

cap. I.

ciborum facit ad impinguationem. Potatio lactis etiam
huc spectat, quia lac est temperatum, & citò in sanguinem
pinguem facessit, & plurimum nutrit. Vinum etiam,
cum multum, & confertim nutrit, & præterea alimentum
quoquouersum deferat plurimum confert, præfertim si
sit dulce, ut Galenus quoque fatetur. Aduertendum ta-
men, vinum lacti non esse admiscendum, nam, ut monet
Auic. hoc esset perniciosum. Audiendus est itaque Au-
thor, ut non simul, sed diuersis temporibus vinum, & lac
sumpta conducantur. Dormitio super stramenta mollia
pingue facit, quia corpus humectatur, & vires reficiuntur,
& corporis habitus mollescit. Totam mihi dormitur hyems, cum pinguior illo tempore sum, quo me nil nisi somnus alit.

Cecinit verè apud Martialem Glis. Odores etiam
hic faciunt, quia sunt animae cibus, hæci spiritus re-
creant, & multiplicant, instaurati vero spiritus citò ali-
mentum in particulas deferunt. Ingressus balneorum,
& incolatus non valde prolongatus prodest, quia calo-
rem attemperat, & moderatur, alimentum ad habitum
trahit, poros aperit, & per modicam moram quod at-
trahitur, non diffatur, per immodicam vero in balnea-
rijs moram corpus flaccescit, quia plurimi spiritus fru-
stra eunt, & tenuis humoris portio euaneat.

Et temporibus debitis congruum odorem habere, hyeme Al-
chythimum, astate rosa, aut viola conueniant. Et laudo v-
sum vomitus in mense semel, & ad hoc facit letari, &
gaudere, & habere gloriam, & honorem, & victoriam de-
inimicis, & sperare, & confidere in sua plebe, ac delectari
in lusionibus, & facies pulchras aspicere, & libros dele-
ctabiles audire, & legere, & conuersari cum benevolis, &c.
Ad corporis pinguitudinem conferunt etiam boni o-
dores, & tempori congruentes, utpote Alchythimum
hyeme est autem Alchythimum herba calida, & odora-

esta-

estate viola, aut rosa, & licet odor omnis in fumida quādam exhalatione consistat, quae calida est, fieri tamen potest, ut præpollat frigida complexio. Adhæc commendatur vomitus, quia lustrat, & repurgat stomachum à cruditatibus, quibus eductis validius suo præsto est officio ventriculus, quo benè circa cibos se habente, necessum est plurimum, eiusque perfecti nutrimenti expeditari. Huc spectant gaudium, & lætitia, lætitia enim sanguinem, & spiritus ad corporis habitum effundit, & dilatat. Hoc autem interest inter gaudium, & lætitiam, quod gaudio exhilaratur quidem animus, non tamen ultra modum ad exteriora diffunditur, ut appareat. Lætitia verò dicitur, cum ita mouetur animus, ut etiam ad exteriora egrediatur, & maximè in vultu appareat. Hinc per quam critici Stoici dicunt, gaudium in sapientem cadere posse, lætitiam non posse.

Et habere gloriam, & honorem, & victoriam de initicis, &c.

Hinc ortæ omnes animi motiunculæ corporis habitum molliorem, & obesulum reddunt, quia spiritus, & sanguinem extra profundunt. Gloria verò est summa delectatio, in qua conquiescimus. Honor existimationis beneficiorum iudicium. Quantum verò victoria afficiat, docet Arist. qui dimicantem cum Gallo Gallinam pro parta victoria calcaria emisisse, & cristā, & penè degenerasse, ait.

Aristot. in Rebt. 9. de Hist. Anim.

Et facies pulchras aspicere, &c.
Singuli sensus habent extreum, ad quod referuntur, & quo summè oblectantur, oculi quidem pulchro, aures harmonico, lingua dulci, nares odora exhalatione, vola manus eucrato, & molli. Quare cum aspectus pulcherrimi, & elegantissimi oris mirandum in modum animum tillet, & oblectet, non est mirum si vna cum animo iucundissimo obiecto obuiam eunti, ut proprius fruatur, & sanguis, & spiritus foras in habitu corporis diffundantur.

Hoc idem Aut. porr̄ censet lib. de Almabad. cap. 8.

D E

Et lib̄os delectabiles audire, & legere, &c.

Rerum delectabilium lectio animum l̄tificat, & proinde confert ad corporis bonitatem, quantum enim animæ passiones in corpus redundant, in superiore libro

In Lib. de satis monstrauimus, nosque docuit Arist.

Cum benevolis versari, &c.

Quia maligni semper aliquid objeiciunt, quod percellat animum, præterea insidiosè semper, & inuidenter a-
gunt, nec possunt, quin virus sōnticum aliquando eu-
mant. At contrā benigni candidis moribus perpetuò
obsequuntur, & Amici ingenio obsecundant.

Opposita horum macrefaciunt corpus, maximè sollicitari,

*& metuere, multū laborare, parum comedere, frequenter
ire ad Solem, manducare sepe falsos cibos, dormire super
stramenta dura, bibere vinum vetus, multum sanguinem
minuere sape, & habere cogitationes pessimas, multum bat-
neari, coitus super repletione, nam talis inducit paralysim,
lac, & pisces simul comedere lepram causat, &c.*

Cum enumerasset ea, quæ corpus impinguant, nunc ea
recenset, quæ macrefaciunt. Quare cum contrariorum
contrariae sint caussæ, emacia bunt corpus contraria ijs,
quæ iam ediximus. Propterea sollicitudo, siue cura cum
sanguinem circa cor attrahat, corpus extenuat, afficcat,
eadem ratione metus. Labor vero, quia humores diffi-
pat, & diffat calorem, & spiritus. Ieiunium vero, quia
corpus alimento defraudatur, quo fit, ut calor in mate-
riam, quæ in pinguedinem conuerti debet, aut iam est
conuersa, agat, & permute in substantiam partis, pin-
guedo enim cum non vivat, & alias nutriat, non potest
esse corporis particula.

Insolatio, quia calorem nostrum adauget, quia afficcat
corpora, & humores dissipat. Cibi falsi extenuant, quia
vim habent resiccandi. Dormitio super culcitras duras,
quia corporis habitum nimis densat. Vinum vetus, quia
de-

debilitat vires, si credimus Hipp., & Auic. dixit, vices
potius medicamenti valde exsiccantis, quam potus subi-
re. Phlebotomia, quia alimentum corpori subtrahit.
Cogitare tristia macrè conficit, quia circa cor incuneatus
sanguis colligitur, ex quo calor primùm augetur, qui hu-
mores subinde populatur, tum etiam obruitur, recte enim
Chrisippus tristitem λύπην vocavit, quod totius homi-
nis solutionem pariat. Accedit, calorem coctionis offi-
cinas deserere, quo per cogitationem ad caput collecto
fiunt cruditates, propterea dicebat Celsus, ijs, quibus
caput est imbecillus, ne cogitationem quidem esse tutam.
Frequens balneum, quod humores digerit in halitus, &
corpora difflat. Coitus super repletione, quia præter
quam quod materia semenis constat ex puriore, & pin-
guiore sanguinis portione, post repletionem etiam cru-
dum alimentum rapit in venas, quo sit, ut tota massa con-
spurcetur. Inducit vero paralysem, quia crudore sanguini-
ne redundantem nerui remolescunt, unde paraplegia. Lac,
& pisces simul comedere lepram efficit, quia facile cor-
rumptur, quibus corruptis sanguis vitiatur, unde lepra
emergit. Est autem lepra cutis affectus cum pruritu, aspe-
ritate, & squammis nonnunquam decidentibus, plures
que corporis particulas depascitur. Est gradus ad Ele-
phantiasim, quemadmodum psora ad lepram. Auic. lepram
vocat albarum nigrum, Celsus impetiginem: Omnes oriū-
tur ex melancholico succo præflato, & putri, aut ex falsa
pituita in atram bilem quam mox degenerante. Nostra-
tes lepram vocant morbum d. Iob.

*Vinum autem tuum à Alexander debet esse natum inter
montes, & valles, ruffum parum, & non vinosum, sed clari-
rum in rubedine, factum ex uis bene maturis, & dulci-
bus per maturationem, donec in ipsis sit fortitudo substan-
tie, humiditas corticis, spissitudo palmitum, & granorum,
& racemi sint bona dulcedinis, & sapor sit medius inter*

D 2 acu-

; acutum, & dulcē, & sāx sit in fundo depresso partibus alijs
 clarescentibus. Ex tali vino sume temperatè iuxta etatem, & temporis qualitatem, quia confortat stomachum, calorem vivificat naturalem, iuuat digestionem, præseruat à corruptione, dicit cibum, ac decoquit, & perducit ad omnina membra temperatè, cor latifcat, linguam reddit expeditam, ac hominem reddit audacem, & expeditum ad actiones.

Quale vinum eligi debeat, præclarè describit Author, subinde enumerat beneficia, quæ ab huiusmodi vini potu proueniunt, si moderatè bibatur. Inquit igitur illud in primis præstare, quod exprimitur ex vuis benè maturis, dulcibus, enatis in loco medio inter colles, & valles h. c. in planicie, & aprico agello, quia cliuosæ vuæ pariunt vina nimium potentia, quæ caput promptè feriunt, & validè iecur retorridum efficiunt, at in conuallibus ortæ, quia vix maturescunt, vina ferunt crudiora, & austera, & debilia: vinum præterea rufi coloris esse debet, clarum, minimè fœculentum, medij saporis, talc enim vinum ea beneficia profert, quæ pollicetur Author, nempe stomachum roborat, quia temperamentum conseruat, spiritus multiplicat, & partis soliditatem tuetur, ne diffluat: calorem iuuat, & digestionem, quia promptissimè tum alit, & calidum innatum instaurat, tum quoquoversùs alimenta conuehit; Præseruat à corruptione, quia calfaciendi, & siccandi vaporibus, ut docet Hipp. Hinc Cæsaris exercitus peste corruptus conualuit, ubi ad regionem feracem vini appulit. Cor latifcat, quia calorem auget, & spiritus vitales plurimos parit: linguam reddit expeditam, quia calorem excitat singulis particulis insitum: Hominem audacem efficit, quod calorem ciet, qua caussa scripsit Arist. in Probl. bibaces esse fortes. Sciendum tamen audaciam differre à fortitudine, ut docet Plato in Sophista.

, Caue tamen Alex. à nimio potu, nam nimius potus vini
 ob.

Oscurat intellectum, laedit cerebrum, & sensus omnes, debilitat virtutem naturalem, & animalem, causat oblinacionem, & laedit operationes totius corporis, maximè neruos, & iuncturas, fugat appetitum, accendit cholera, hepatis destruit, cordis cromem denigrat, & sanguinem crassum efficit, & lepram inducit. Vnde dico de vino, sicut Medici de Rhabarbaro, quod est anima hepatis, & habet alias utilitates, tamen quandoque est venenum illis, qui ultra modum sumunt ex eo, & transcendunt quantitatem debitam, &c.

Quanta pariat mala vinum immodicè sumptum in superiore libro innuimus ex eodem Arist. in Probl. nunc eadem clarissimè recenset, comparatque vinum Rheo, quod sanè solet esse iecoris anima, sed calidioris hepatis mors est. Ait igitur immodicum vini usum mentem obtenebrare, quia temulentiam parit, ebrietas vero, ait Isaach, est mentis peruersio ex fumo crasso indigesto effecta, & in cerebri substantiam elato, hinc rationalis animæ lumen extinguitur, & irrationalis feritas succedit. Hac de causa recte vinum atræ bili comparatur, quæ ad mentis sedem appellens morbos parit insanias, utrumque enim est valde vaporabile, halitusque profert indomitos. Laedit cerebrum, & sensus omnes ob multiugam vaporum sobolem. Debilitat virtutem naturalem, & animalem, quia immodicè sumptum refrigerat, cum non vincatur à calore naturali. Laedit maximè neruos, & articulos; quia excrementa eò conuehit, & quia in neruis euadit acetosum, propterea Podagra dicitur filia Veneris, & Bacchi, vnde Platonicus Vates.

*Vt Venus enervat vires, sic copia Bacchi,
Et tentat vires, debilitatque pedes.*

Appetentiam fugat, siue quia in stomacho intemperiem parit, siue quia cruditates in ventriculo subesse necessum est, quibus deiicitur actus appetendi: Accendit cholera,

choleram, & hepar destruit, quia calorē extraneū ingemina-
nat. Cordis cōrōrem denigrat, & crassum efficit, quia san-
guinē vniuersum adurit, & tenues partes dissipat. Lepram
inducit, quia bilis atra gignitur ex prausto sanguine.

Vnde dico de vino, sicut Medici de Rheo, &c.

Esse cuiusque rei certos modos, quos vlt̄rā, citrāque
nequit consistere rectum, & formas naturales certa mole
gaudere, vt munera sua promant, palam est, alioquin aut
suprà, aut infrà propriam conditionem actiones edunt,
quod demonstrauit Arist. in Probl. exemplo diadagry-
dij, & piperis, quorum alterum aluum, alterū vrinas ciet,
si debita dose sumantur, alioquin peruertitur actio. Quā-
obrem non est mirum, si quemadmodum congruus Rhei
v̄sus hepatis pro anima est, ita & vinum moderatè sum-
ptum, vtrumque verò intemperanter, & intempestiuè v-
surpatum innumeris incōmodis cumulat, & effectus pro-
fert insolentes, hepar enim calidum calidis promptè of-
fenditur.

Quod h̄c Rhabarbari fiat mentio, quod vix innotuit
Gracis, facile conficiat quispiam, vt huius libelli Author
non fuerit Arist., sed quispiam ex Arabum familia, vt-
puta Isaach.

Quod vinum etiam comparatur nature serpentum, ex
quibus antidotum conficitur, & lesiones maxime per eorum
medicinam expelluntur, attamen omnibus notum est, quod
venena mortem in se gerant.

Diuersos effectus enumerans Petrus Apponus in Pro-
bleni. quos parit vinum, theriace comparauit, quæ innu-
meris pollet facultatibus, huiusque collationis veteres
authores facit, inter quos fortassis & noster Author cen-
seri potest, (quamquam huius comparationis Author à
Lib. 2. de Vi Ficino prohibetur Isaach:) Nam quemadmodum The-
riace medium habet naturam inter venena, & alimenta
medium h̄c audio per analogiam, non per extreñorum
8. *elodo* par-

participationem, quæ eidem subsunt generi,) & ritè adhibita plurimas, easque insigne utilitates producit, perpetram, & importunè usurpata instar est veneni, nam cum habeat formam summæ energie, corpus immodecum afficit, & hac de causa Theriaces vnu Pueris interdixit Galenus; ita portò & vinum, quod si modestè humanos cedat in usus, plurifariam conduceat, sin minus, eas assert calamitates, quas innuimus.

Vina autem, quorum racemi sunt in monte nati expositi soli, sunt siccioris natura, quam id, quod nascitur in plano in locis madidis, & umbris. Primum vnum valer senibus, & hominibus abundantibus humiditate, & phlegmate, nocet verò iuuenibus, & calidis hominibus, quare calfacit, & liberat à superfluitatibus. Quare Alex. caueto à tali vino, quia nimis te incenderet ad iram, & hepar inflammarerit, &c.

Pro conditione soli vina varias vires indipisci, quotannis experiuntur foelicissimi Acedicolæ, quibus præ cæteris Liber thiasos expertus fauille videtur, nā vina ex suis in apricis collibus collectis expressa validius caput feriūt, & totum calfaciunt, præcipue iecur, & temulentam turpitudinem proferunt, quæ autem in planicie enascuntur, sunt imbecilliora vina, nec adeò afficiunt, quoniam, ut ait Platonicus Vates

denique apricos

, Bacchus amat colles, Aquilonem, & frigora Taxis.

Quocirca scitè mandat, ne vina ex collibus oriunda propinentur iuuenibus, sed senibus, & phlegmaticis, quæ autem in planicie fiunt, iuuenibus offerantur, quia illa valde calfaciunt ista minimum, vt autem iuuentus ardorem temperantia postulat, ita calfactionis rigiditatem desiderat senectus, ut docet Plat.

Et scitò Alex. quod dormitio ante prandium macilenta reddit corpus, & desiccat humiditates eius.

Acedum
ænotria Tel
lus obuini
bonitatem.

Per

32 Per somnum ante prandium coacto in viscera calore, qui humidum radicatum populatur, & absunt, extenuari corpora, ab Hippocrat. iampridem proditum fuit. Quod si prioris alimenti cruditates adhuc aliquot supersint, tantum abest, ut officiat, ut multis potius prosit nominibus, nam per somnum ad pensum reuocato calore reliquæ cruditates conficiuntur, & in sanguinem vertuntur, viscera retrimentorum infarctu liberantur. Hinc

Cap. 3. li. I.

Celsus. Si quando insuetus aliquis laborauit, aut multò plus quā solet, etiam is, qui assuevit, huic jejuno dormendum est, multò magis si os amarum est, vel oculi caligant, aut venter perturbatur. Tum enim non dormiendum tantummodo jejuno est, sed etiam in posterum diem permanendum, nisi citò id quies sustulit.

Post refractionem autem corroborat, & nutrit, quia in somno retrahitur calor naturalis ad intra, & corroboratur super cibi coctionem, & spiritus quiescent, & refocillantur. Ideo dixerunt philosophi, quod magis profuit vespertina comestio, quam meridiana, quoniam in die spiritus tendunt ad sensoria, & impeditur digestio, & calor diffunditur ad exteriora corporis, & stomachus tunc est impotens ad digestionem, sed in vespertino cibo sit oppositum, quia tunc accedit corpori, & spiritibus tranquillitas, & requies, & noctis frigiditas conductit calorem naturalem ad intra, & mens tunc decoquit similiter in somno. &c.

Somnum esse cessationem exteriorum sensuum ob caloris recursum ad interiora, hoc etiam planum est ijs, qui non dum ære lauantur, nosque iam præmonuimus, cum ictus ressunt, in nocturna equa, quia luna confortat concotionem. Cœnietio-

ressunt, in nocturna equa, quia luna confortat concotionem. Cœnietio-

cessione, hoc etiam planum est ijs, qui non dum ære lauantur, nosque iam præmonuimus, cum ictus ressunt, in nocturna equa, quia luna confortat concotionem. Cœnietio-

cessione, hoc etiam planum est ijs, qui non dum ære lauantur, nosque iam præmonuimus, cum ictus ressunt, in nocturna equa, quia luna confortat concotionem. Cœnietio-

cessione, hoc etiam planum est ijs, qui non dum ære lauantur, nosque iam præmonuimus, cum ictus ressunt, in nocturna equa, quia luna confortat concotionem. Cœnietio-

109

qui velimus; quām excrementa ita parare, ut facile amandentur, & excludantur. Quare non est mirum, si à pasto corroboret somnus, & vires reparat auctis spiritibus, qui per vigilias, & labores euanuerant.

Ideò rectè dixerunt Philosophi, &c.

Magna inter Authores versatur contentio, vbetiorne, & liberalior esse debeat coena prandio, an à contrario. Hic Author non sine magna ratione cœnam liberaliore prandio præscribit, quod est Celsi consilio consentaneum, & etiam veterum Romanorum consuetudini. Ita tamen decernenda difficultas, ut perpetuò sit seruanda consuetudo, (alioquin grauissimè afficeretur, qui leuissimæ cœnæ assuetus lautissimè subinde, & copiosè cenasset,) deinde ne subsit aliqua rheumatica dispositio, & benè firmum sit caput, nam cum per somnum inferiora calescant, caput frigescat, ut docet Aristot. Rheuma verò ut plurimum sboles sit frigoris, si plurimum alimoniae deuoretur inter coenandum, necessum est, multam efferrī ad caput anathyriasim, quæ anarrhopos tandem à cerebri frigiditate densata, & coacta fit catarrhopos, & multarum calamitatum parens efficitur. Caevant igitur, quibus imbecille caput est, & destillationibus opportunū: Illud sequantur potius.

Vt sis nocte leuis, sit tibi cena brevis

Neque ignorare debes à Alex. quòd qui consuevit semel in die comedere, postea vult comedere bis, vel qui consuevit comedere bis, & vult manducare semel, aut plus: si hac continuabit, euenerit sibi nocumentum magnum, quia attendendum est consuetudini, quæ est altera natura, &c.

Quamquam naturam non assuescere, asseruit Arist. eam tamen audiuisse credendum est, quæ infimum gradum est indepta, & infimos perfectionis numeros nacta est, non eam, quæ eminentioris est ordinis, & latius perfectionem suam extendit, vnde in vegetatio per iteratos actus temperantem, & intemperantem parit, in sensituo honestum, & procacem, in intellectuo prudentem, & imprudentem,

E doctum

doctum, & indocum, tenacis, aut fluxæ memoriae, quare cum aleo anima assuecat, assuetudo verò sit modus naturæ acquisitus, quo melius se habet ad operationes insitas ex natura obiecti, & potentiae debitas, qui modus distinguit à natura, ut res, & modus rei; conficiendum est, ut consuetudo penitus sit seruanda, ne insuetudo naturæ acquisitæ vim inferat. Quippe alimentis assuecimus, quia similis substatiæ modus in nobis ex usitatis cibarijs comparetur. Nam in cibo, & potu plurimum valet consuetudo ob suavitatem familiaritatis, & ea est caufa, cur similia audiùs appetamus, dissimilia declinemus, quia ingrata. Præterea insueta vicem gerunt contrarij, quod scilicet nos afficiunt, & immutant, & propterea dictum est Philosophis, ab assuetis passionem non fieri. Quod sanè ratione intelligendum est de ciborum copia, nam quantitatibus ciborum ita assuecimus, ut si mutetur proportio, aut nu-

3. Simpl. merus, summum eluceat detrimentum. Hinc Gal., maior inquit, cibi, aut potus quantitas magis alterat minoris, & consuetudo utroque contracta, si violetur, damnum parit, quia præter solitum ventriculus alteratur, tum etiam quia facultates summopere laeduntur, si infra, aut supra vires exerceantur. Standum igitur consuetudini, ut præcipit Author, ne violetur ventriculi vis.

Si igitur aliqua necessitas, que non habet legem, compellit, ad hoc, quod renuit consuetudo, debet hoc fieri discrete, & sapienter, scilicet ut fiat mutatio consuetudinis paulatim, etc.

Si facienda est ex aliqua necessitate consuetudinis mutatione, hoc non omnino, & actutum faciendum, sed paulatim, nam plurimum, atque repente euacuare, vel replere, calfacere, vel refrigerare, siue quouis alio modo corpus mouere, periculosem, quoniam omne nimium est naturæ inimicum, sed quod paulatim fit, tutum est, tunc alias tunc quum ab altero ad alterum fit transitus: Quærunt Philosophi, cur qui summa corporis rigentia igni adinuent, ut calfiant, vehementissime dolent. Respondent, hoc fieri

35

repentina qualitatis mutatione plurimum enim frigus in plurimum calorem mutant. Quid quid enim immodecum repenteque sit, mala videlicet habitudine id naturae cruciatum assert, quidquid autem bona habitudine, & modo & secundum naturam paulatim mutatur, id naturam magnopere delectat, consistit autem maxime in habitudinis modo humanum corpus, multoque magis, quam ceterorum animalium. Tanti fecit modum Auic., ut pessimam etiamnum consuetudinem paulatim dimitendam esse docuerit.

Ergo, inquit Celsus, cum quis mutare aliquod volet, pa- Cap. 3. li. I.
latim debebit assuescere.

Super omnia caue, ne manduces, donec sensias stomachum
vacuum à precedenti cibo, quod cognoscet per desiderium,
& ex leuitate, & subtilitate salivæ ad os decurrentis, quia
si quis sumpererit cibum sine necessitate non perfecto alio
cibo, inueniet calorem naturalem valde gelidum, & debili-
lem.

Si quis cibum ingerat, prius quam prior sit confectus, &
elaboratus, necessum est cruditates fieri, & calorem natu-
ralem obrui, quare summopere cauendum, quia multarum
calamitatum principia inde emergunt, sumendus igitur
cibus tunc est, quando consueta hora fames incessit, cuius
signum est, cum leuis est stomachus, & dulcis, tenuisque
pituita in os recurrit.

Si autem cum desiderauerit, tunc suscepere it inueniet ca-
lore, sicut ignem accensum, &c.

Perfecta chylowi calor ventriculi resumptis viribus vali-
dius in opus incumbit, quia resistentiam prioris alimoniae
penitus euicit, & accensi ignis ex suppositis lignis vicem
subit.

Et cum aduenerit desiderium non fiat mora, aliter stoma-
chus famescens impleretur malis, & pessimis humoribus,
quos ad se attraheret ex toto corpore, qui cerebrum & sensus
perturbarent vapore pessimo, & tunc cibus sit tepidus, &

E 2 non

³⁶ non proficit corpori. Ideò Clinias laudabat exercitium ante cibum usque ad appetitum.

Præclarè ædepol Hipp. stomachum æquori compara-
uit, quoniam dat, & etiam repetit, stomachus enim plenus
singulis membris impertitur alimoniam, vacuus trahit
quidquid proximum est, & si alimenta non subsint, trahit
excrementa, quæ subinde exagitat, & magna fit confusio,
& ad caput euaporatio, vnde tam frequens ieiunis capit is
dolor, vertigo, epilepsia. Cum igitur affuerit appetentia,
cibus mansus deuoretur, ne ventriculus cogatur prava ex-
crementa alicere, & non modò sibi, verùm & reliquis par-
ticulis noxam communicare. Mane igitur tandiu exercea-
tur corpus, donec cibi desiderium affulserit.

Digitized by Google

Hic tandem posuisse modum dedit ipse Ichonah.

A D G E O R G I V M
G R A T I A N V M
G E N T I L I T I O S T E M M A T E,
Et omni virtutum genere præclarum.

Se fato Venetias migrasse maiorum suorum Patriam,
inuitum Cenerâ cessisse eius causâ, quod se & à vulgi
calumnijs vindicarit, & optimis instruxerit consilijs,
dum grassante Peste sanitatis magistratum gereret.

G A R P E N T E M Ceneta dona lubentiae,
Et dulces ferias magna necessitas.
Ad littus streperum diuisit Adriæ
Dextro sydere compulit.
Me Manes Patrij, me Genius loci
Obmansere Lares ad proprios diu:
Differri haud poterant fata, nec excipi.
Standum est imperio Louis.
Horrentem rapido vortice Gurgitem,
Et fasces tetricos cernimus, & vices
Fortuna dubias, quas Leo Marcipor.
Genti diuidit Italæ.
Hic Mundi species enitet undique,
M. iestasque vetus surgit ab incolis,
Morum & conditio prisca repullulat
Dulci necesse disfluens.
Hic & religio, & iustitia tenor,
Splendescitque Rei gloria Publicæ
Impolluta Deum consilio, & fides
Prorsus nescia fallere.
Quidquid Sydonius præcipit Artifex,
Quidquid Phidias ritè sanguine manus,
Admirante pœsi hac Urbe cœrcitum
Se spectantibus obijcit.
Quid tum e Pierij Musa Georgij
Cunctorum instar erat, tollere tadia,

Et

Et curas poterat sola, veterorridos
 Aestus pectoris eximens.
 Tu pressam vigili sollicitudine
 Mentem Threicio carmine leniens
 Firmabas solidu dogmate pectora
 Curarum domitor granis.
 Ne quicquam solidum vulgus inanibus
 Iactabat studijs perdere publico
 Fungentem officio, fædaque semina
 Delentem luis horridæ.
 Veri consilij compos inertia
 Flexisti medius spicula, & impetus
 Insanos Populi blanda furentibus
 Nec tens vincula iurgijs.
 Ingrati facinus Ciuis, & inuidi
 Cum primis doleo, Vallis & æmulæ,
 Atque innexa dolo crimina, & irritos
 Ausus Plebis inhospitæ.
 Verum supplicijs plectere vindices
 Cœperunt Superi, reddere commodo
 Haud passi inuidiam; At lumine dextero
 Me Rhamnusia respicit.
 Sed cur te afficiam tristibus ulcera
 Callo obducta fricans? Me coquit & tui,
 Et nostræ Vrbis amor, vernat ubi Venus
 Trinis iuncta sororibus.
 Euantes videor cernere Libero
 Ducentes Cenotos orgia, Naiadum
 Nunc lustrare Chorus, nunc vel Acanthida
 Arreclis capere auribus.
 O si dent iterum fata quiescere,
 Aedem & Palladium visere, dapsilis
 Non me conditio subtrahat Attali
 Grato ex ore Georgij.

MICHAELI ANGELO ROTAE

MEDICORVM CORYPHAEO.

VICVNQ^{UE} claris conditionibus
 Inter sodales fulgidus eminet,
 Se si inuidis exponit instar
Hippolyti Canibus vorandum.
 Secura nusquam vel caput exerit,
 Floretne virtus. Undique pullulant
 Mores nefasti, qui prementes
 Exoriens decus obtenebrant.
Virus malignum serpit, & inclytae
 Virtutis artus conficit, & nihil
 Relinquit intactum, per omne
 Se insinuans genus it bonorum.
Inuadit Arcem Pallidis horrida
 Labes, & intus corripit, optimi
 Quidquid subest, atroque dente
 Præcipuas populatur arteis.
Quid plura? Liuor noxius est sibi,
 Tabescit, apti quo vorat amplius,
 Et quò magis florescit, aret,
 Quòque magis, perit ille, viuit.
Sed quale monstrum protero? præpeti
 Volatu in umbras Cimmerias migret
 Nostris ab oris, siue Ditis
 Tartarei loca senta querat.
Beatus extra qui inuidiae aleam
 Sibi, & Camenis viuit, & impotens
 Vulgus refellit, nec minacis
 Iura fori metuit, nec iras.
Tristis susurrus semina diffidi,
 Inactaque caussas criminis, at tua
 Arctè reuincit, nec reuell i
 Me patitur generosa virtus.
Quocunque pacto se gerat insolens
 Fortuna, seu me dinitijs beet,
 Seu me opprimat vili ligello
 Te usque colam reuerenter idem.

RE

IOANNI BAPTISTÆ DOLEONIO
MEDICO, ET PHILOSOPHO BELLVN.

Non minus vtrâque virtute, quâm genere nobilissimo.

*Enigma ex Auic. lib. de Viribus cordis; Quo significatur à
consuetis admirationem non afferi.*



VANDO per optatum penitus soterion oti
Nonnihil arripui, placidis modò ludere Musis
Collibet, & monstrare tibi mirabile monstrum;
Quod nostri specimen teneas, & pignus amoris:
At, qui magna soles tractare negotia, paulum
Huc oculos conuerte decus, columenque Viruni,
Et nostros ne temne iocos, quibus insitus hæret
Sæpè suus lepor, & placidissima gaudia profert:
Aspira Doleone uscis conatibus, atque,
Dum strepit è viridi pendens Erpyllis oliua,
Mecum animum recreans cessando lude per umbras.
Aduena littoribus lapidem portauit ab Indis
Lumine perfusum miro, ac splendore coruscum,
Qui quasi succensus radios per inania iactat,
Et circumfusum tenebrosis ætherea spectris
Lustrat, & impatiens terræ in sublime volatu
Sponte sua effertur, spatioque innixus aperto
Libertatis amans cohiberi sedibus arctis
Nescit, & angustos renuit tolerare recessus.
Purus ei, summusque nitor, quem sordida nullis
Colluies temerat maculis, cui nulla figura
Certa subest species; Proteo inconstantior ipso
Ilicet effigiem verit, fallitque tuentes.
Pulcher is aspectu se se spectanibus offert,
Nec patitur se tractari, cœu caſta Puella;
Quod si forte manus iuxta temerarius austre
Injucere, ille flagris idem male captus acerbis
Cedit, & incatum damnat percussus amorem:
Ac nihil eximitur setto (incredibile dictu)
Quin vorat attiguum, moleisque augetur in amplam
Integritate sua gaudens, cunctisque superstes.
Pythagora Iouis hic olim custodia dictus,
Cui sacra fecerunt Persæ, Medique litarunt,
Assiriisque simul; prisci coluere Quirites
Nomine Sub Vestæ, Stoicisque potissima rerum
Caſſa: Idem tandem vindex elementa piabit,
Et mortale genus subter cœlestibus Astris
Protinus omne terens primam revocabit ad Hylen.

F I N I S.